

Lomenio.

Illustrissimo Lomenio Hugenio.

S.

(1490)

Redit ad te stupendum opus nugacissimi Jesuitae, et otiosae
nimis quam vanae, ac ridiculae abusi. Ambigunt censors
mei, iustiusne hominem admirentur an contemnant: verbo
sic pronuntiaverunt. malles se unius Eclogae tuae, autores
esse, quam tot difficilium ineptiarum *καίνομενες* consar-
cinatores. quo loco Elegiam tuam habituri sint, partim
ex praesidio meo novem, eam ego cum praeter ceteris tuis
omnibus eminere dixi, quantum lenta solent inter
ἐκ περιουσίας τ' κασίας, ἐλάττωσα, neque adhuc
muta sententiam. Rogo te proinde ut istius mihi Praemii
copiam facias, certus equidem es non paucis doctorum pedi-
bus, qui in illam meam sententiam abiturae sunt sine
morâ. Caeterum de summa rerum tuarum non nihil
dixere, cum nos interrupit illud exorbitans demenciae
juvenile monstrum. Sapienter tu quidem hoc curasti.
ne te videretur frustra adire: at me male habuit
quod vel audire non liceret quid consilii capturus sis,
vel exponere quod ego symbola in eam rem conferre
possem. Nisi quid praecipitatis, dabitur occasio et otium
quo haec largiusculi tractemus. Nunc expecto ut me
quam primum Ludovicus XIV. audiat, si et mihi
audire vellet, aliquis vanorum non exularet. Hicce
expeditis iterum ad te excurram, et tuis salibus tum
ad salinum me saturabo. Nisi molestus convina-
sum, et a prandio invidi malis. Vale meum decus.
Lutet: *II X Kal. Febr: CIOIOCLXIII.*

Capelario.

Illustri Capelario Julichomino

S.P.

(1491)

Ajebas, si bene memini, vir Amplissimo nihil admodum
causae esse cur has orationes Erasmus vellet conscriptas,
esse vide autem et adhibere nares hisce florentis, qui
bus jam moribundi senis quasi sepulchrum consper-
gere an conspuere in antecessum voluit Caesar
Scaliger, nescio quae juvenutis improbo furore agitatae.
Inter legendum haec olegi, quibus tu vel inspectis, si
in

in